



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118642

§. 38. Calvinistæ in Provincia, & Delphinatu benignius habiti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

Sæcul. XVI
A. C. 1572.
corum millia in variis hisce Provinciis
trucidata numerabantur.

§. XXXVIII.

Calvinistæ in Provincia, & Delphinatu benignius habiti.

Thuan. l. c.

Ceterum longe mitius Calvinistæ in Provincia, ubi Præsidem agebat Claudius de Sabaudia; Tendæ Comes, necnon in Delphinatu Rectore regio Gordio habebantur; horum enim primus arctissima affinitate Monmorentianis conjunctus erat, cui cum a Josepho Bonifacio Mola, qui post biennium infelicem exitum Lutetiæ sortitus est, a Rege literæ de exterminandis illius Regionis Calvinistis allatæ essent, ille ingenue respondit: „existimare nequeo, „quod id Rex velit, sed potius quidam „erga publicam tranquillitatem male „affecti venerandum illius nomen ementiantur, præcipue cum ante paucos „dies longe diversa ab his mandata acceperim: mallo igitur prioribus, ut „pote Regis fide, & clementia magis „dignis parere mandatis: „verum is paulo post, cum Avenione esset, ex subito morbo decessit, non citra suspicionem veneni ei ab emissariis propinati: insuper hujus Viri lenitatem imitabatur Græcus Comes Regius Provinciæ Legatus, qui suis rationibus edictum

ediſtum obtinebat longe diverſum a prio-
 ri, quod non niſi ſanguinem, cædesque
 ſpirabat. Ceterum in Delphinatu Ber-
 trandus Simienus Gordius in Momorantiana familia educatus, cum idem
 mandatum accepiffet, Monbrunii, ac
 ceterorum Proteſtantium in Allobrogibus
 potentiam, & a deſperatione periculum
 cauſatus, ſe excuſabat: nonnulli tamen
 Valentiaë Cavarum, & Romanii interfecti
 ſunt: hinc Bertrandus, cum plebem jamjam
 in quosdam fure re comperiret, ſua
 auctoritate cruenti huius mandati
 executionem cohibebat: Sauteranus
 quoque Arvernorum Præſes, & ipſe
 Momorantianis addictus, eadem moderatone
 ulus eſt, qui ad ejuſmodi juſſa reſpondit,
 nunquam ſe talibus mandatis obedientiam
 delaturum, niſi ipſe Rex præſens id juberet.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1572.

§. XXXIX.

*Plures Calviniftæ a Lexoviendi Epifcopo
 in ſua Diœceſi mortis ſupplicio erepti.*

Denique haud diffiteri poſſumus, quod
 longe plures, quam gladio occu-
 buerint, ex Calviniftis illæſi in variis
 Provinciis permanferint, imo ipſimet
 Clerici, quamvis ab hiſce hæreticis
 crudelẽ in modum paſſim habitũ fue-
 rint,

Sanmarth.
 Gall. Criſt.
 t. 2. p. 652.